



[Faint, illegible text on a blank page]

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100



1597.

1. Catalogus praelectionum, quae hoc tempore in Illustri Julica
academia, quae est Helmaestadii Saxonum, publice
proponuntur.

1^o Analdi, Cosparus: De catarrho.

2. Horstius, Jacobus: De viciis morborum et criti-
cis diebus, mensibus et annis ex eis.

3. Liddelius, Tuncanus: De temperamentis.

4^a et 5^a Sigfridus, Francus: De partibus humani corporis
dissimilantibus, easque differentias in genere.

1598.

1. Borcholten, Statius: Proportiones de jure dotium
ex utroq. jure conscriptae

2. Vasypodius, Fridoricus: De mora.

3. In des hertzog, Tillemannus: De testamentis ordinandis

1600.

Crauius, Henricus Andreas: Conclusiones iuridicae
materiam successionis legitimae, sive quae ab intestato
defertur, una cum discrepantia juris feudalis a civili
li, complectentes.

1601.

1. Bartherus, Johannes: De pignoribus et hypothecis
2. Crauius, Henricus Andreas: De mandato et societate

1602.

1. Borcholt, Statius: De jure emphyteutico, materia et
emphitissima, ita in foro frequentissimus.
2. Forsterus, Valentinus Guilielmus: De tutelis
3. Forsterus, Valentinus Guilielmus: De divisione rerum,
et earum acquirendo dominio

1604.

1. Crauius, Henricus Andreas: De acquirendo rerum
dominio.
2. Crauius, Henricus Andreas: Disputatio iuridica

materiam successionis, quae ab intestato deferitur,
una cum discrepantia juris feudalis a civili Complec-
to Titulo.

3. Mascovius, Christianus: De tutelis et cura.

1605

1. Barterus, Joannes: De utilissima et frequentissima,
ex jure feudali resumpta, investiturarum materia.

2. Barterus, Johannes: De privatis delictis et
quasi delictis.

1606

1. Barterus, Johannes: De legatis et fidei commissis

2. Barterus, Johannes: De heredi substitutionibus

1607

1. Barterus, Joannes: De concessione feudali, sive
modo acquirendi feudi per successionem.

1607.

2. Blanckenagel, Albertus: De nuptiis
3. Crauius, Henricus Andreas: Selectarum et maxime illustrium juris controversiarum questionum Disputatio prima.
4. Crauius, Henricus Andreas: Illustrium et selectarum juris controversiarum questionum Disputatio secunda.

1608.

1. Adamius, Theodorus: De emptione venditione
2. Barterus, Johannes: De rebus, quae in feudum dari possunt
3. Crauius, Henricus Andreas: Illustrium et selectarum juris & controversiarum questionum Disputatio Tertia
4. Crauius, Henricus Andreas: Illustrium et selectarum juris controversiarum questionum Disputatio septima.

5. Casius, Huricus Audens: Illustrum et selectarum
juris controversarum questionum Disputatio quinta.

6. Casius, Huricus Audens: Disputatio decima ex
libro IX Dig. desumpta.

7. Hartmannus, Huricus Ernestus: De jure tutelaram

1609.

Bartholomaeus, Johannes: De judiciis feudales


1610.

Paricorius, Franciscus: De pthiis.

[Faint, illegible handwriting in a cursive script, likely a historical document or letter.]







12007

1601, 1

12



Disputatio
DE
PIGNORIBVS
ET HYPOTHE-
CIS.

Quam

D. O. M. .

Præside

CLARISSIMO ET CONSULTISSIMO
VIRO DR. IOHANNES BARTERO
I. V. D. & in inçlyta Iulia professore publico, pub-
licè disentiendam pro-
ponit

IOHANNES ROTERBERGIUS Mun-
derensis Saxo.

*Habebitur disputatio mense Septembri, in
auditorio maiori.*

HELMAESTADII,

Typis Iacobi Lucij. Anno

M. D. CI.





NOBILI, MAGNIFI-
CO, AC STRENVO VIRO, DN.
STATIO à Münnichausen/ HILMARI CAPITA-
nei piæ memoriæ filio, hereditario in Zeiskaw & Dorens-
burg/ Satrapæ provinciali in
Gron. etc.

CLARISSIMO ATQVE EXCELLENTISSIMO
VIRO DN. IOHANNI FALCONIO MEDICI-
nae Licentato dignissimo, & Hamelensium physico or-
dinario, agnato:

Nec non
ORNATISSIMO ET PRVDENTISSIMO
VIRO DN. ERICO Bierman PRAEFECTO IN
arce Hallerspringensi vigilantissi-
mo, affini,

*Dominis ac promotoribus suis officiosè
colendis, hasce de pignorib. positiones*

In studiorum testimonium, grati animi monu-
mentum, & debitæ obseruantiaë pignus

dicat & consecrat

Iohannes Roterberg R.





DE PIGNORIBVS ET HY- POTHECIS.

THESIS I.



E pignore differentem prius nosse oportet, vnde nomen pignoris descendat. Est autem à pugno appellatum.

Quia res quæ pignori dantur, manus traduntur l. plebs 238. §. 2. ff. de V. S. ubi Alciat. & Gædd. V. Ves. in par. n. 3. ff. h. t. Et Dd. ad l. 9. §. 2. de pign. act.

Dissent. nonnulli, qui pignus à veteri verbo pigneo, id est, necto, venire putant, cum passim in iure nexus pignorum & res siue bona nexa, pro eo quod pignori obligata, dicantur l. Epistola 52. §. pactum ff. d. pact. l. si non sortem 26. §. adeo ff. de cond. indeb. l. 2. & 7. C. de distr. pignor.

2. Pignoris origo iuris gentium est, vt & aliorum ferè contractuum *a*. Et iam ante Moysen vsum pignoris reperimus *b*, qui postea & leges de pignoribus scripsit *c*, quas ab ipso Aegyptij *d*, ab Aegyptijs Græci *e*, à Græcis tandem & potissimū ex Atticis Legibus Solonis Romani acceperunt *f*.

a lex hoc iure, ff. de iust. & iur. *b* Genes. 38. *c* Exod. 22. Deut. 24. *d* Diodorus lib. 1. *e* idem lib. 2. *f* l. 2. §. ex-actis 3 de orig. iur.

3. Pignus *a* est conuentio, qua creditori ius in re alicuius constituitur, propter crediti restituendi fidem *b*.

a pignus per metonymiam subiecti pro adiuncto, hoc est, rei ipsius pro contractu dicitur. argt. l. 6. §. fin. ff. de pign. act. l. 4. l. 11. §. 2. ff. d. t. argt. l. 1. in fin. ff. de pact. Vide Trent. p. 2. disp. 1. th. 1. lit. B. l. 1. §. fin. l. 7. §. 1. ff. de pact. *b* Cuiac. in par. hic. Vult. 1. Iurispr. Rom. 34. n. 1. Motz. in tr. de pign. c. 1. n. 12.

4. Species pignoris duæ sunt, hypotheca, & pignus speciali-

cialiter ita dictum a Dd. proprium hoc, illud improprium
vocant b.

a Vult. 1. Jurispr. ca. 34. n. 3. b Motz. de pign. c. 1. n. 9. per l. si rem.
9. §. 2. ff. de pign. act. Sic Ictus Vlp. in pr. l. 1. ff. de pignor act. improprie
utitur vocabulo pignoris.

5. Hic pulchrum illud occurrit dubium, an pignus &
hypotheca solo nominis sono differant? An statutum dispo-
nens de pignore, etiam locum habeat in hypotheca? Prius
negamus a, in posteriori distinguimus b.

a Quia non sono tantum nominis, sed re ipsa etiam differunt: pignus
enim possessionem transfert ad creditorem proprietate manente apud de-
bitorem l. si rem 9. §. proprie 2. l. cum & sortis 35. §. fin. ff. de pign.
act. Hypotheca possessionem non transfert d. l. si rem §. proprie. Pignus
proprie rei mobilis est l. plebs d. V. S. Hypotheca vero immobilis. Pulchre
& eleganter Dn. Borch. in §. creditor quoq. Inst. quib. mod. re cont. obl.
Nec obstat quod Martia. Ictus tradit inter pignus & hypothecam tan-
tum nominis sonum differre l. 5. §. fin. ff. de pign. & hypoth. Id enim ad
actionem duntaxat & formulam hypothecariam, ut ex inscriptione hu-
ius l. constat, referendum est, §. item seruiana. Inst. de act. Diff. Ves.
in par. h. t. n. 3. Negus. in tr. de pignor. & hypoth. p. 1. n. ult. b si in
utroq. eadem militat ratio, tunc statutum etiam correctorium dispo-
nens in uno militat etiam in alio, secus si diversitatis ratio detur. Neg.
d. lo. n. 8. & 9. aut communis loquendi modus obstat Sichard. in l. 1. C. de
iureiur. propt. calum. argt. l. 7. §. 2. ff. de supell. leg. Diff. Salic. Br. &
alij, in d. l. si rem 9. §. 2. Panorm. in c. cum aliquib. extr. de re iud. qui
id negant. Aliter Ripa in rubrica hic. Motz. tr. de pign. c. 1. n. 16. & seqq.

6. Pignus aliter diuiditur in expressum & tacitum: ex-
pressum vel partium conventionione, vel citra eam inducitur b.

a l. pen. ff. in quib. caus. pign. tac. contr. Cui. in par. ff. eod. idem 17. obs.
39. textus est expressus in l. quamuis 3. C. in quib. causis pignor. tac.
cont. Negus. d. tr. p. 2. m. 4. n. 1. b l. fin. C. de prator. pign. d. l. pen. in
verbis: quae ex conventionione manifestarij pignoris. Vult. d. c. n. 5. & seqq.

7. Quod conventionione, vel in omnibus bonis, vel in a-
liqua parte bonorum debitor constituit a, vnde aliud gene-
rale est, aliud speciale b: generale ad futura etiam debitoris
bona

bona trahitur *c*, speciale in rebus certis ultra quas non extenditur ad alias *d*, nisi rei obligatae accedant, vel inde nascantur *e*.

a Trent. p. 2. disp. 1. th. 2. lit. C. *b* l. 1. l. 6. ff. h. t. l. 17. C. de distr. pign. *c* l. fin. C. quae res pignor. oblig. poss. Generali vero obligatione non ea continentur bona, quibus debitor quotidiè uti cogitur l. 6. 7. & 8. ff. de pign. & hyp. *d* l. 1. in pr. l. & quae nondum 15. §. 1. ff. de pign. & hypoth. Confer l. sed etsi 4. §. quaesitum 4. ff. si quis cautionib. in iud. sistend. caus. fact. non obtemp. *e* ut si fundo p. alluvionem quid accreuerit l. 16. in pr. ff. h. t. ubi Gothofr.

8. Quod citra conventionem *a*, vel iussu testatoris *b*, vel magistratus auctoritate constituitur *c*, & vel praetorium *d* vel iudiciale, dicitur *e*.

a Vult. 1. iurispr. c. 34. n. 26. illud necessarium appellat. *b* cum testator rem aliquam pignori esse iubet l. non est mirum 26. de pign. act. l. fundus 9. ff. de annuis leg. l. Lucius 12. in fin. ff. de alim. legat. l. cum hi §. si uni. 15. in fin. de transact. Et hoc ipsum ex rescripto imperatoris esse, Ulpianus ait in d. l. non est mirum 26. Caterum contractus ut testamento celebretur, stricti iuris ratio non patitur l. 5. C. de pact. conu. Est enim actus extraneus l. Heredes 21. §. ult. ff. qui test. fac. poss. l. verba contraxerunt 20. de V. S. ubi Goedd. *c* Trent. d. disp. thes. 3. lit. B. *d* l. fin. C. de praetor. pign. *e* ut in Rubr. & tot. rit. C. si in caus. iud. pig. cap. ubi Cuiac. in par. & 5. obs. 30. argto. l. 2. C. qui pot. in pign.

9. Praetorium dicitur, quod ex primo decreto extra iudicij strepitum conciliatum, ob non factam satisfactionem aut contumaciam debitoris datur *a*: & missionem in possessionem continet *b*.

a Cuiac. in par. C. de praetor. pign. Vult. d. loc. n. 27. facit l. 3. C. ut in possess. legat. *b* l. misso 12. ff. pro emptor. l. sed si. 3. §. pignori. 1. ff. de reb. eor. qui sub tut.

10. Iudiciale est *a*, quod executor rei iudicatae ex bonis condemnati iussu magistratus capit *b*.

a d. tit. C. si in causa iudic. pign. l. 74. §. 1. ff. de euct. Hotom. in com. hic. *b* Cui. d. loc. ubi differentiã veram inter haec duo pulchrè declarat. Si enim non differrent non essent posita in diversis titulis. Vult. in

antea allegato loco asserit, hac duo pignoris necessary genera causa formali & subiecto distingui, non causa efficiente, cum iudiciale ex sola iudicati causa capiatur, pratorium ex quavis alia, utrumq; tamen magistratus iussu, & auctoritate, nullum iudicis Diss. Don. tr. de pign. c. 5. Fr. Bald. tr. de pign. c. 8. Petr. Vanderan. de priu. cred. c. 15. arg. l. 74. §. 1. ff. de euict.

II. Tacitum pignus non solum ex dispositione legis a, sed etiam ex senatusconsulto b vel moribus populi Romani c, vel iure conscriptorum interpretatione d introducitur.

a l. unica §. 1. C. de rei uxor. action. l. 1. in verbis: Hypothecariam ab ipsa lege C. comm. de legat. Dissentire videtur Vult. d. loc. n. 8. qui illud sola lege induci, tradit. b l. 1. ff. in quib. caus. pign. tac. contr. c argt. l. 4. in verbis: Eo iure utimur ff. d. tit. Conan. illud ex consuetudine contrahentium natum lib. 4. c. 16. n. 5. testatur, & postea in ius abisse Cuiac. ad l. 4. de pact. Borch. de pact. c. 2. n. 11. d l. 6. §. fin. C. de bon. qua liber. l. item queritur 13. §. qui impleto 11. ff. locati ad de l. 16. C. eod.

12. Est autem illud lege definitum in muliere a, quæ in bonis mariti, tacitam habet hypothecam pro restitutione dotis b, ob donationem propter nuptias c & paraphernalium causa d.

a Merito pignus qd mulieri competit primo loco ponitur, quia mulier est magis privilegiata persona q̄ fiscus, praefertur enim priorem habentibus hypothecam l. assiduis C. qui pot. in pign. l. 9. C. de iur. dot. quibus tamen non praefertur Fiscus argt. l. unica C. Rem alienam gerent. ubi Dd. vide Negus. p. 2. m. 4. n. 109. Aliter Bolfras. in disp. de pign. & hypoth. th. 5. lit. A. b l. unica §. & ut plenius, versic. ab utraq; parte C. de rei uxor. act. d. l. Assiduis 12. C. qui pot. in pign. §. fuerat. versic. sed & tacitam Inst. d. act. l. in rebus 30. C. de iur. dot. Sed an indistincte illud accipiendum sit, siue dos sit aduentitia siue profectitia siue ipsa principales persona dotē dederint, vel promiserint vel susceperint, siue alij pro illis non immerito dubitari potest? Affirmantium sententia an defendi possit, videbimus. Neg. p. 2. m. 4. n. 24. & seqq. per d. l. unicam §. & ut plenius C. d. rei uxor. act. Ves. in par. n. 3. 4. 5. 6. & seq. c l. ubi adhuc 29. in pr. ubi gl. & Dd. C. de iur. dot. Negus. p. 2. m. 4.

n. 64.

n. 64. & seqq. *VVes. cons. 49. n. 7. Licet non omnino consentiat Gomes. in §. fuerat. de act. n. 39. d. d. l. 29. in pr. qua scilicet, prater dotis causam mulier ad maritum detulit, de quib. agitur in l. 9. §. 3. ff. de iur. dot. l. donationes 31. §. 1. ff. de donat. V. Negus. d. loc. n. 63.*

13. Mulieri succedit Fiscus, cui pignus tacitè quæsitum est, in bonis administratorum *a*, vel debitorum suorum, quos vel ex causa tributi *b*, vel ex contractu *c* sibi obligatos habet *d*, non etiam ex delicto *e*.

a l. 1. 2. & 3. C. de privileg. Fisc. Bald. c. 7. VVes. in par. ff. In quib. causis pign. tac. n. 4. b l. 1. C. In quib. caus. pign. tac. c l. 2. C. eod. l. 2. C. de priv. Fisc. l. Alianus 10. ff. de manum. Hac publica utilitatis causa ita constituta esse Don. indicat. c. 4. Si tamen Fiscus cum minore contraxit, non omnia minoris bona pignori nexa sunt, sed res saltem, quarum gratia contractus initus est l. 1. in fin. & l. 2. ubi gl. in verb. emerit. ff. de reb. eor. qui sub. Et hoc ipsum ex singulari privilegio Fisci, quod cum publicam concernat utilitatem, favor persona minoris imminuere non potest: privilegiarius enim aduersus privilegiarium privilegio uti non potest. Cuius. tr. de feud. lib. 2. tit. 14. Neg. p. 2. m. 4. n. 113. d si suo iure Fiscus utatur. e per l. quod placuit 37. ff. de iur. Fisc. VVes. in par. t. qui pot. in pign. n. 3. Iniquum enim foret, si Fiscus pœnam exigendo alijs rem suam, vel ex contractu debitam petentibus præferretur, cum pœna fiscales non principaliter, sed per consequentiam ad fiscum spectent Bolfr. disp. de pign. th. 5. lit. F.

14. Fisco pupillus succedit, qui in bonis tutorum ob administrationem tutelæ hypothecam habet tacitam *a*, ut minor in bonis curatorum, ratione administrationis *b*.

a l. fin. ff. in quibus caus. pign. tac. l. pro officio 20. C. de administr. tut. vel cur. Etiam in rebus suâ pecuniâ emptis l. 3. in pr. ff. de reb. eor. qui sub. tut. l. si tutor 6. C. de seru. pign. dat. man. Negus. p. 2. m. 4. n. 163. ubi vide dissent. b d. l. pro officio 20. l. unic. §. 1. C. de rei uxor. act. d. l. fin. in quib. caus. pign.

15. Ecclesia quoq; utpote iure minoris utens in bonis prælati ecclesiæ *a* legatarij & fideicommissarij, in rebus defuncti testatoris ratione legati & fideicommissi, eodem iure utuntur *b*.

a Præ-

a Prælatum enim tutori similem esse voluit Abb. in c. cum deputati extr. de iud. Negus. p. 2. m. 4. n. 120. & seq. *b* S. nostra Inst. de legat. l. 1. C. com. de legat. Vid. Negus. d. loc. n. 117. & seq. qui sex limitationibus hanc conclusionem declarat.

16. Ciuitas in bonis administratoris sui habet tacitam hypothecam, liberi in parentum ad secunda vota transentium bonis pro conseruandis ijs, quæ ex priori matrimonio lucrati sunt, filiusfam. in bonis patris ratione bonorum aduentitiorum, pupillus in bonis secundi mariti cui mulier nupsit, quæ filij impuberis tutelam suscepserat non petito alio tutore, nec restituta tutela sicut & in bonis matris d.

a argt. l. fin. C. quo quisq; ord. conu. Neg. p. 2. m. 4. n. 119. *b* l. si quis S. 4. versic. illius etiam patris l. hac edictali S. omnibus 2. C. de secund. nupt. Negus. d. loc. *c* l. cum oportet S. fin. C. de bon. qua lib. d. l. si quis S. 4. Et hoc indistinctè procedere putamus siue pater vsumfr. habeat vel non, argt. l. pro officio 20. C. de admin. tut. vel cur. Vid. Neg. p. 2. m. 4. n. 14. 15. 16. & seq. Diff. Dd. communiter per d. l. cum oportet S. fin. *d* l. pen. C. in quib. caus. pign. tac. Nou. 22. c. 40. adde Nou. 94. c. 2. Gothofr. ad l. 2. C. quando mulier tut. offic. l. 6. S. pen. C. de secund. nupt.

17. Senatusconsulto datur creditori mutuanti ad refectiorem ædificij in illo ipso ædificio ad quod reficiendum credidit, sed an hoc quoq; locum habeat in eo qui ad reficiendam nauim vel aliam rem credidit inter Dd. non conuenit? Nos negatiuam vt iuri & rationibus magis consentaneam defendere studebimus *b*.

a l. 1. in quib. caus. pign. l. cum duobus 52. S. idem 10. ff. pro soc. Dn. Clud. eleganter in tract. de condict. certi. c. 4. n. 107. *b* quia sc̄tum de refectiõne ædificij specialiter factum est, nec simile quid de alijs rebus vlla lege statutum reperitur: Deinde nauis alteriusuè rei reficienda & domus restituenda non vna eademq; ratio est: Hic enim publica quedam versatur utilitas, nedum ruinosa relinquuntur ades, dignitas & aspectus vrbis deformetur &c. Deniq; textus deficit, qui expressus requiritur dum ius singulare extendi volumus. Don. d. tr. c. 4. Diff. Accurs. & vulgò Dd. in l. 5. & seq. ff. qui por. in pign. Negus. d. m. 4. n. 162. Myns. 1. obs. 60. Gail. 2. obs. n. 40.

18. Mo-

18. Moribus populi Romani, Inuecta & illata in prædium vrbanum, sunt domino prædij tacitè oppignorata, pro pensione & damno rei locatae q̄ in inuectis & illatis in prædium rusticum tunc valere putamus, si nominatim conuenerit b.

a l. 2. 4. & 6. ff. in quib. caus. pign. tac. l. fin. C. eod. l. 4. in pr. ff. de pact. ubi Cui. b l. eo iure 4. l. in prædij 7. ff. in quib. caus. pign. tac. S. adipiscenda. 3. versic. interdictum Inst. de interd. l. 24. S. si colonus ff. locat. argt. l. si non inducta 5. C. in quib. caus. Cui. Don. Ves. d. loc. Dissent. nonnulli per d. l. in prædij 7. ff. in quib. caus.

19. An studiosorum libri, in prædium vrbanum inuecti tacito pignore teneantur? Dd. inter se acriter digladiantur Nos à negantium opinione non recedimus.

argt. l. 6. 7. & 8. ff. de pign. & hypoth. Deinde propter has rationes: quia sine libris non potest studiosus commodè aut honestè viuere, tum etiam propter insigne priuilegium quod habent, per gl. in l. Nepos 125. ff. de V. S. que dicit, quod in executione iudicati, ut arma non sunt auferenda militibus, ita nec libri studiosis. Iason. in S. item Seruiana n. 64. Schneid. ibid. num. 43. Diff. Conman. 4. com. 16. Bald. d. pign. c. 12. quid verò de his usu obseruari soleat Vid. Cole. de process. execut. p. 2. c. 3. n. 132.

20. An in illatis à minore in prædium vrbanum, tacitum pignus constituatur, si consensus curatorum non interuenerit? Affirmat gl. & Dd. a Negant Dynus b Br. Fulgos. Salicet. & Costal. c distinguendum putat Treutlerus d Nos affirmantib. subscribimus e.

a gl. in l. fin. C. de legit. tutel. ibid. Bald. Iason. Rcm. & Alexand. in l. si constante. solut. matr. eamq̄, veram esse & communem attestatur Bl. in l. unica S. & ut plenius C. de rei vxor. act. Alij per Negus. d. m. 4. n. 154. b in S. 7. Inst. de action. c in l. 4. ff. de pact. Menoch. de arbitr. iud. quest. lib. 2. cent. 2. cas. 171. n. 30. & seqq. d Treutl. p. 2. disp. de pign. th. 4. sub lit. B. per l. 22. C. de administ. tut. e Quia hypotheca tacita non ab homine sed ab ipsa lege inducitur, deinde nusquam ab hoc generali iure res minoris excipiuntur. Nec obstat quod minor res suas absq̄, curatoris consensu alienare & obligare non possit, l. 1. que res pign. l. 5. S. 5. l. 7. S. 1. ff. de reb. eor. l. si ad resoluendum C. de prad. minor. argt. l. 3. C. de in inte. restit. Quia hoc de obligatione expressa,

B

re

rei immobilis accipiendum est, cum itaq; citrà hominis factum & subsidi-
dium, hypothecam tacitam ipsa lex inducat, non pertinet húc curatoris
confessus, sufficiat decretum legis, prout latius hoc persequitur Ias. in
d. l. si constante. n. 186. cum seqq.

21. Rem pignori obligare potest, cuius illa in bonis est, siue ipse hoc faciat, siue per alium b.

a l. 6. C. si aliena res pignor. l. 15. §. 1. ff. de pignor. l. ante omnia 23. ff. de probat. Don. c. 7. in pr. Motz. c. de person. n. 1. b quia in pignoris obligatione domini voluntatem & factum exigimus, nihil refert utrum ipse dominus fecerit an eius voluntate alius, per l. solutum 11. §. solutam 5. ff. de pignor. act. argt. l. restituta 37. ad Scm. Trebell. l. q. mandat. 56. de solu.

22. Vnde quæri solet an procurator rem alieno nomine obligare possit? & affirmatiuè respondebimus.

per. d. l. solutum §. fin. & l. seq. ubi gl. & Dd. l. 1. C. si alien. res pignor. argt. l. procurator 58. ff. de procur. Et procedit si ad hoc speciale mandatum, vel etiam uniuersam bonorum administrationem habeat ab eo qui subpignoribus mutuas pecunias accipere consuevit l. 12. ff. de pign. act. Dissent. nonnulli per d. l. solutum §. per liberam. 6. ff. d. t.

23. Tutores quoq; & curatores (quippe qui quo ad prouidentiam pupillarem dominorum loco habentur) a, pecuniam in rem pupilli vel minoris mutuantes rectè obligant b ipsi vero pupilli absq; tutorum c, minores absq; curatorum autoritate & consensu d, rem suam obligare minime valent.

a l. 27. ff. de adm. & per. tut. b l. tutor 16. de pign. act. l. 3. & 7. C. si alien. res pign. l. pignus 11. ff. de curat. furios. c l. 1. in pr ff. qua res pign. argt. l. 1. in fin. & l. seq. ff. de reb. eorum qui sub. tut. vel cur. d l. 3. & ibi Dd. C. de in integr. restit. mi. tot. tit. ff. de reb. eor. qui sub tut. vel cur. sunt.

24. Filiusfam. itemq; seruus qui liberam habent peculi administrationem, rem peculiarem rectè obligant a, modo ea non faciant quæ ab administratione aliena sunt b, bona autem Castrensia & quasi pignori dare filius vt alienare, pro libitu potest c.

a l. si

a l. si conuenerit 18. in fin. cum l. seq. de pign. act. Imò & alienare l. si liberam 10. C. quod cum eo qui in alien. Non tamen donare l. 28. §. fin. de pact. *b* l. 1. ff. qua res pignor. dar. Negus. par. 3. m. 1. n. 13. *c* l. filiusfam. 7. §. fin. de don. l. 2. C. de Castr. pec. In his enim pro patrefam. habetur l. 2. ad Sctm. Maced. l. 3. C. de Castr. pec. l. ex nota. 10. ff. eod. l. 3. §. Pomponius 9. ff. de minorib.

25. Mulier nec pro marito quidem, nedum pro alio res suas, bonaue dotalia pignori vtiliter neçtit *a*: at pro debito suo pignus rectè constituit, recteq; procuratori vel negotiorum gestori pignus constituenti, consentit *b*.

a l. mulier 11. C. de distr. pign. l. redemptores 39. §. 1. cum l. seq. ff. de Rei vind. l. si sciens 7. l. si sine §. & auth. si qua mulier. C. ad Sctm. Velleian. l. si mulier 32. §. 1. ff. eod. Et hoc propter Sctm. Velleianum, quod cum imbecillitati sexus muliebris plenissimè consultum cuperet l. 1. & 2. ad Sctm. Velleian. nullam intercessionem vel obligationem quam temerè & inconsulto foemina inierit, ratam esse voluit, quin perpetua excepti-
b one elideretur l. qui 40. ff. de cond. indeb. *b* proprium enim negotium non alienum suscepisse videtur, ut Ictus inquit, in l. 1. §. cum praedium 4. ff. de pign. Cui etiam Iustinianus suffragatur in l. si mulier 22. & l. 2. C. ad Sctm. Velleianum l. 13. l. 27. ff. eod. In terris tamen Saxonie. non nisi curatoris accedat autoritas Landrecht. lib. 1. artic. 45. Tomm. 8. quest. 14. n. 9.

26. Cessabit Sctum si fraus vel calliditas appareat *a*, si probatum fuerit pecuniam in ipsius mulieris vtilitatem expensam esse *b*, item in casu l. si dotare 12. l. 22. & 23. C. ad Sctum. Vellei. Et si Scto scienter renunciauerit *c*.

a Deceptis enim non decipientibus succurrere voluit l. 2. §. 3. l. si decipiendi 30. ad Sctum. Vellei. l. 5. C. eod. *b* auth. si qua mulier. C. d. t. Nonell. 134. c. 8. in fin. *c* l. 9. C. eod. Circa hanc enim questionem, an mulier renunciare possit Scto Velleiano? in affirmatiuam concedimus cum Fachineo. 2. cont. 59. Vbi vide Diff.

27. Haçtenus de personis, nunc de rebus quæ pignori dari possunt. Generaliter autem res quæ emptionem & venditionem recipiunt, etiam pignori dari possunt *a*, siue

illæ mobiles siue immobiles sint, corporales vel incorporales: Itaq; liberi hominis & filijfam. *b*, rei sacrae, religiosæ & publicæ oppignoratio inutilis est, adeò vt licet ex re sacra profana, ex publica priuata, ex libero seruus fiat, pignus tamen non conualescat *e*.

b Est enim mutua quadam inter hos contractus affinitas l. 9. §. 1. ff. de pign. & hyp. adde l. fin. C. de reb. alien. non alienand. Don. cap. 7. Motz. c. de reb. n. 1. *b* l. qui filios 6. C. que res pign. Statuliberum tamen obligari posse Martiano placet in l. 13. §. 1. de pign. *c* l. iubemus 14. in pr. cum anth. hoc ius porrectum C. de SS. eccles. l. 3. que res pign. dar. §. sacra. Inst. de rer. diu. Quia quod semel Deo dicatum est, non debet in alios usus prophanos transferri c. semel. 52. de R. I. in 6, *d* quia nullius in bonis sunt l. 1. ff. de rer. diuis. *e* argt. §. idem iuris Inst. de inutil. stipul. Quod enim ab initio vitiosum est, non potest ex postfacto conualescere l. quod ab initio. de R. I. argt. l. à marito 18. C. de don. int. vir. & vxor. §. 1. Inst. de exher. lib.

28. Valdè ab interpp. agitata est quæstio illa, an seruitutes ac iura vrbanoꝝ ac rusticorum prædiorum pignori dari queant? Nos negatiuæ tanquam viori accedimus.

Duar. 2. disp. 13. Don. d. tr. 10. propter hanc rationem: quia seruitus à prædio cui adhaeret, diuelli nequit l. via 23. l. vnus 34. de seruit. præd. rustic. §. ideo Inst. de seru. vrb. & rust. præd. Deinde quod seruitus ea creditori sit futura inutilis, neq; enim ipsi cum persona seruitus non sit, deberi poterit, neq; eius prædio, quia alij prædio coheret, à quo inuito domino fundi seruientis auferri, & in alium transferri non potest. Itaq; indistinctè verum est, seruitutem & in vrbanis & rusticis prædijs pignori non rectè dari, nisi & fundus cui seruitus debetur pignori detur l. 16. de seruit. Et sicut sine fundo seruitus consistere nequit, ita nec sine eo pignori dari Bald. c. 11. Diss. Dd. communiter Br. Angel. & alij in l. sed an via 12. de pign. quib. ad stipulatur Motz. in tr. de pignor. c. de reb. que pign.

29. Rei quoq; alienæ inuito domino *a*, obligationem purè fieri non posse constat *b*, sed benè sub conditione *c*.

a Consentiente domino igitur vel obligationem ex postfacto ratam habente, secus fuerit l. aliena 20. de pign. act. l. si fundus 16. §. 1. ff. de pign. Vnde

Vnde constat ratihabitionem mandato equiparari l. vero 12. in fin. ff. de solut. b tot. tit. C. si aliena res pign. quia nemo plus iuris in alium transferre potest quam ipse habet l. nemo & l. 120. de R. I. l. traditio de acquir. rer. dom. Nec obstat quod in 27. thesi diximus, esse mutuam quandam affinitatem inter contractus pignoris & emptionis, adeo ut pignori dari possint, qua emptionem recipiunt: At res aliena emi potest: Ergo & pignori dari. Quia illud in emptione speciale est, & suas habet rationes. Hic enim persona, in pignore res obligatur. argt. l. 8. de evictio. vel in id quod interest l. 1. l. ex emto. de act. emti

c cum scilicet debitoris facta fuerit l. si fundus §. aliena de pignor.

30. Anceps & valde dubia hinc agitatur quaestio. Si ei, qui rem alienam obligavit, ipsius rei dominus heres extiterit, an hoc creditori noceat praesertim ignoranti? Et minime nocere putamus.

Quia si ignorante domino pignori data fuit, ex postfacto pignus directo quidem non conualescit, creditori tamen utilis datur pignoratitia, ut Ictus Modestin. tradit in l. Si Titio 22. de pign. Si vero sine eius voluntate obligata fuit nec utilem dari actionem cum paulo in l. 41. de pign. act. respondemus. Diff. Accurs. & Vulgo Dd. Con. 4. com. 13. Don. d. tr. c. 7. Balduin. in tr. de pign. c. 12. Diff. aliter Fulgos. in d. l. 41. n. 12. Aliter Alciatus 7. parerg. 14. Aliter Gabr. Mudens in l. 1. n. 21. hic. Aliter Duar. 2. disp. 4. Cui. 19. obs. 26.

31. Pignus pignori dari posse placuit a. non tamen bona dotalia b, etiamsi mulier consentiat c. At rem donatam ante traditionem firmiter obligare donatorem posse Scauola iudicat d.

a l. 1. & 2. C. si pign. pign. dat. l. grege 13. §. cum pignori 2. & ibi Br. de pign. Non tamen censetur res ipsa oppignorata, sed ius quod in re creditor habet, nexus scilicet pignoris tam diu quidem, donec primus debitor, qui dominus rei est, solidum suum exolvat debitum: quo facto pignus statim evanescit l. debitor 40. §. fin. de pign. act. l. 1. in pr. C. si pign. pign.

b Auth. sine a me §. 1. C. ad Sctm. Velleian. l. unie. §. & cum lex 15. C. de rei vxor. act. c & hoc ex l. Julia, qua fundi dotalis alienationem consentiente muliere, non vero obligationem permittebat d. l. unica. §. 15. C. de rei vxor. act. in pr. Inst. quib. alien. lic. d. l. fin. §. 1. de donat.

B 3

d Cen-

d Censetur enim adhuc dominus esse, l. traditionibus C. de pact.
32. An res litigiosa obligari possit quæritur? Et obligari eam sub conditione à debitore posse, si in lite obtinuerit probabiliter dici potest.

argt. rei aliena de qua Sup. in th. 29. dictum est, quia res aliena sub conditione obligari potest: Ex quo enim in euentum quesiti domini rem creditori obligat debitor, non tam alienam, quam propriam obligasse existimatur, cum conditio id tempus respiciat, quo res eius futura est. Eandem tamen sub conditione recte stipulamur l. si rem meam 31. ff. de V.O. Dissentire Vr. Trentl. p. 2. disp. 1. th. 5. lit. H. Mud. tr. de pignor. tit. de reb. n. 2. Motz. c. de rebus n. 19.

33. Quæ ad culturam agri pertinent, obligari prohibentur, an voluntate dominorum obligari possint controuertitur? quod Don. putat *b*. Verum cum hæc ipsa conuentio publicæ vtilitati aduersetur, idem probare vix tutum fuerit *c*.

a Veluti, serui, boues, aratores, vomeres, aratra, l. 8. C. quæ res pign. Ne scilicet agrorum cultus & labor deseratur, id q. Reip. in primis interest, propter annonæ abundantiam & vtilitatem. Con. c. 14. n. 6. Quare nec pro executione sententiæ eadem capi voluit Constantin. in l. 7. C. quæ res pign. Cuiac. 4. obs. c. 20. *b* Don. c. 8. *c* Coler. de process. execut. p. 3. c. 9. n. 35. & seqq.

34. Obligantur vero res pignori vel specialiter vel generaliter *a*, specialiter cum de certa re vel parte aliqua bonorum specialiter & nominatim conuenit, siue res illa sit specialis siue vniuersalis *b*.

a Hinc pignus aliud speciale, aliud generale ut sup. in th. 7. diximus l. 1. in pr. l. 6. & seq. de pign. l. generaliter 2. C. qui pot. in pign. l. si qui in fin. ff. de iur. fise. *b* d. l. 1. l. 15. § quod dicitur l. grege 13. l. cum tabernam 31. de pignor. Don. c. 6.

35. Hinc grege pignori obligato, ea quæ postea nascuntur, quæq; in demortuorum vicem substituta fuerint, tenentur.

d. l. grege 13. de pignor. Grex enim obligatus est, non singula corpora, unde

unde licet totus grex innouetur, dum paulatim alie oues, alijs substituuntur, grex tamen idem, idem corpus esse intelligitur, argt. l. proponebatur 76. de iudic.

36. Fundo quoq; pignori dato pars ei per alluionem aggesta a proprietati nudæ vsufr. postea consolidatus b area, ædificium c quod ei impositum, vel veteri destructo re ædificatum est d tenetur.

a l. si fundus 16. in pr. ff. de pign. l. si conuenerit 18. §. si nuda 1. de pign. act. Quia id quod agro per alluionem adijcitur, pars eius existimatur §. praterea 20. Inst. de R. D. & cum agro transit l. id quod 7. ff. de per & com. rei vend. b d. l. si conuenerit §. si nuda. Quippe cum vsufr. amissus proprietatem sequatur §. fin. instit. de vsufr. c d. l. si fundus quicquid enim solo impositum est, solo cedit, sic ut soli & area pars esse incipiat l. adeo 7. §. 10. de acquir. rer. do l. domo 21. ff. de pignor. act. §. cum in suo 29. Inst. de R. Diu. c quia pignus ipsam rem naturaliter quidem, vel ipsam materiam afficit d. l. si fundus §. si res 2. Unde licet forma quodammodo mutetur, quia tamen id ipsum corpus quod obligatum est manet, tanquam principale, pignus etiam manere necessum est, & consequenter quicquid ei impositum fuerit, pignoris causam sequetur, tanquam accessorium principale, vel pars totum Don. d. loco.

37. Generaliter res obligantur, cum fine vlla certarum rerū notatione, res omnes nexui vel hypothecæ subijciuntur, quos quis habet aut habiturus est.

l. 1. l. 8. l. 15. §. 1. l. Paulus 29. de pign. l. 2. in pr. C. eod. argt. l. si qui 28. ff. de iur. fisc.

38. Si quis bona sua mobilia & immobilia nectat, an generalis hypotheca sit non ineleganter quæri potest? Et non esse, cum nec iura nec actiones veniant, statuimus.

Quia appellatione bonorum mobilium & immobilium specialiter facta, non veniunt iura & actiones, separantur n. hac ab illis, & tertiam speciem quandam constituunt, ut non obscure liquet ex l. à Diuopio 15. §. in venditione 2. de Re iudic. Et apertè in l. 1. C. de prator. pign. Neg. p. 2. m. 2. n. 9. Quare si publicatio bonorum facta est, iura & actiones veniunt, secus autem si publicentur bona mobilia & immobilia Bl. Alex. & Ias. quos citat. Neg. d. loc. in l. si constante §. fin. ff. solut. matr. Vid. Tr. de sp. de pign. th. 2. lit. D.

39. Quod

39. Quod restat, feudum nec totum nec pro parte sine consensu domini a Vafallo hypothecæ subijici potest. Fructus tamen oppignorari posse communiter est receptum c.

a c. imperialem de prohib. feud. alien. lib. 2. tit. 55. Domin. Borch. de feud. c. 8. Ves, in par. ff. que res pign. n. 2. & Feudist. communiter. Nisi feudo priuari velit. Negus. p. 2. m. 2. n. 43. & seq. b oppignorari feudum Imperatores prohibuerunt ex hac ratione, ne si postea non soluto debito illud distraheretur, vires imperij diminuerentur, ut patet ex c. v. nico. §. donare. Qual. ol. pot. alien. F. lib. 2. t. 9. c ex author. Bl. & aliorum quos cumulatè citat Borch. d. c. 8.

40. Pacta etiam si quæ pignoribus adiunguntur, ea demum seruanda sunt, quæ prohibita non reperiuntur a. Prohibita autem est pactio commissoria noua constantini sanctione b.

a per text. l. si. §. 1. C. de iur. domin. impetr. & l. 3. C. de pign. & utrobique Dd. l. si fundus §. fin. de pignor. l. fin. in pr. de contr. empt. Negus. p. 4. n. 8. Quod enim expressè prohibitum non est, tacitè permissum existimatur, l. ex eo quod prohibet 18. de testib. argt. l. cum prator. 12. in pr. de iud. b in l. si. C. de pact. pignor. Captiosum enim existimatum fuit & usurarum prauitatem redolere c. quia in omnibus extr. de usur. c. significante de pign. ac creditorum asperitatem & auaritiã arguere Molin. de usur. quest. 52. n. 363. ita pacisci ut si constituto die pecunia, non soluat, pignus creditori cadat in commissum. Defraudarentur hac ratione pro minori pecunia pignoribus etiam preciosissimis debitores, & quod contra iuris naturalis rationem est, creditores cum summa debitorum iactura fierent locupletiores l. nam hoc. de cond. indebit Negus. p. 4. n. 1. cum seqq.

41. An vero talis pactio iureiurando firmetur, inter Dd. quoque non conuenit? Nos à sententia negatiua non recedimus.

Quia iuramentum non debet esse vinculum iniquitatis c. non est obligatorium de R. I. in 6. c. ex si Christus extr. de iureiur. l. non erit §. §. sed §. 3. ff. de iureiur. Br. in l. si quis ff. de fideiuss. Abb. in c. significante de pign. Diss. Costal. in l. 34. de pign. act.

42. Pactio

42. Pactio tamen vt non soluto debito, ad certum tempus, pignus creditori pro iusto pretio emptum maneat, sustinetur *a*: Sic iustum pignoris pactum est, si conuenerit, vt quod ex venditione pignoris redegerit creditor, id omne sibi habeat *b*: sic antichresin, leges & iudicia probant *c*.

a per l. si fundus §. fin. de pignor. Pactio enim commissaria hac dici nequit, cum pignus non cadat in commissum, sed iusto pretio creditori emptum maneat. *b* argt. l. fin. C. de distr. pign. Idq, propter incertum venditionis euentum, & pretij, pro diuersitate temporum & locorum, varietatem. l. ideo 3. ff. de eo quod certo loc. Vnde hac conuentio debitoris præiudicio non fuerit, qui non iniret eam, si maioris rem distrahi posse existimaret. *c* Antichresin pactum definiunt, quo creditori, debitor utendi fruendi pignoris facultatem in usurarum vicem concedit, donec soluat pecuniam Cuiac. 3. obs. 35. Borch. de usur. c. 6. n. 2. Meminerunt eius Icti passim in l. si pecuniam 33. d. l. 39. de pignor. act. l. 1. §. pacto l. si is qui §. si antichresis. de pignor. Imperator in l. si ea pactione l. si ea lege l. oleo. 23. C. de usur.

43. Pignore constituto, ius suum creditor in illo exercet, & quidem si transit ad creditorem pignus traditione constitutum, possessionem ipse solus habet, non alius *a* cuius vi tam aduersus ipsum debitorem, quam extraneum, qui furripuit pignus, actionem furti habet *b*.

a proprietate interim penes debitorem manente l. si rem alienam §. propriè l. cum & sortis 35. §. 1. de pign. act. l. pign. 9. C. eod. Atq, etiam possessione, que civilis est, quatenus ad usucapionem proficit l. 1. §. per seruum ff. de acquir. poss. l. pignori de usucap. Nam corporalis saltem quam & naturalem Iurisconsulti dicunt l. 1. l. naturaliter. 12. l. possessio 49. ff. de acquir. poss. ad creditorem transit. *b* §. aliquando 10. Inst. de oblig. que ex delict. nasc. l. itaq, 12. §. 2. l. in actione 19. §. qui rem 5. l. creditori 87. ff. de furt. Vnde debitor illud vendens, furtum committit l. si is 66. de furt. l. à Dinopio. 15. §. si rem. de re iudic.

44. Si possessionem pignoris creditor non habeat, persequendi eius causa, actionem habet ordinariam & extraordinariam. Ordinaria in rem prætoriam dicitur *a* creditori pi-

C

gno-

gnoris sui persequendi causa competens, contra omnem qui vel pignus possidet, vel dolo possidere desijt *b* ad hoc vt agenti creditori soluat, aut rem restituat *c*.

a olim nulla persequendi pignoris causa, dabatur actio: Iccirco praetores & interdictum eius nomine & actionem dederunt §. item seruiana Inst. de act. §. interdictum Inst. de interd. sc: ut cum iure domini rem sibi oppignoratam vindicare creditor non posset l. pignus C. de pign. act. vindicaret eam iure obligationis l. 66. de enict. *b* Est enim actio hypothecaria in rem l. pignoris 18. C. de pignor. l. pignoris 17. ff. eod. l. 3. §. 1. ad exhibend. §. item seruiana Inst. de act. Vnde non mirum est si aduersus omnem qui possidet, detur, per l. actionum 25. in pr. de act. d. l. 3. d. l. si fundus §. in vindicatione. de pignor. Don. c. 9. in fin. Neg. p. 1. n. 3. *c* Alterutrum enim facere tenetur vt absoluat d. §. in vindicatione, rem quidem restituendo: quia arbitrio iudicis satis fecit, pecuniam autem soluendo, quia soluta pecunia nullum pignus amplius est l. item liberatur & t. tit. quib. mod. pign. solu.

45. Hanc actionem generali nomine hypothecariam rectè dixeris, & pro omni re obligatâ competere.

Nam veteribus formula hypothecaria dicta est: formula verò actionem denotat: quod non est nouum in iure. Nam & apud Paulum in l. si seruus 42. in pr. ff. de furt. ita accipitur. Et iure Romanorum antiquo, formula dicebantur propriè, quas actionis cuiuslibet intuitu, praetores iudicibus praescribebant, de quib. Duar. ad l. 7. de pact. Don. ad §. sic itaq. Inst. de action. Menoch. de arbitr. ind. quest. 1. quest. 2. n. 14. & seq.

46. Pereunt hæ actiones aduersus extraneum bonæfidei possessorem, annis 10. inter præsentem, 20. inter absentes *a*, aduersus malæfidei possessorem annis 30. *b* aduersus ipsum debitorem vel heredem eius, & posteriores creditores, debitore superstitite, annis 40. *c*.

a l. 1. l. 2. C. si aduers. cred. prescr. argt. l. 2. C. quib. non obijc. long. temp. presc. l. si à creditore 7. & l. fin. C. de obl. & act. Vbi seruianam actionem contra possessorem rei oppignoratae intentari posse imperatores dicunt, si non longi temporis prescriptione munitus sit. At longum tempus 10. an. inter præsentem & 20. inter absentes esse, ex inscript. tit. & l.

& l. 1. cum auth. seq. & l. fin. C. de prescript. long. temp. satis constat. *b* l. sicut in rem 3. versic. eodem etiam iure. & l. cum notissimi 7. C. de prescript. 30. vel 40. an. Quos textus de extraneis male fidei possessoribus rectè accipimus, ne contrarij videantur d. l. 1. & 2. C. si aduers. creditor. prescript. op. *c* d. l. cum notissimi §. 1. & 2. In persona tamen posterioris creditoris distinguit Imperator, ut si vivo debitore, rem possidere ceperit, 40. annorum prescriptione contra priorem creditorem se tueri possit: At mortuo debitore sufficiat ei 30. annorum possessio. Cuiac. in par. C. de prescript. 30. vel 40. annorum.

47. Actio extraordinaria, ex Saluiano interdicto profiscitur, quod adipiscendæ possessionis causa introductum esse Imperator ait *a* eoq; uti dominum fundi de rebus Coloni *b* pro mercedibus fundi sibi obligatis directo quidem contra colonum, at utiliter contra tertium possessorem *c*.

a §. adipiscendæ versic. interdictum Inst. de interdict. *b* Non etiam Inquilini: Saltem enim aduersus conductorem illud competere Gordian. inquit in l. 1. c. de precar. & salu. interdict. quod Iustinianus de conductore prædij rustici interpretatur. *c* d. l. 1. C. de precar. iuncta l. 1. §. 1. ff. de Saluian. interdict. Cuiac. s. obs. c. 24.

48. Haftenus de iure pignoris persequendi: Alterum quod creditori competit, in distractione eiusdem consistit: Cessante enim in solutione debitore, ius distrahendi pignoris creditori *a* vel ex pacto competit, vel ex lege. Ex pacto quidem cum de pignore distrahendo, si pecunia ad diem non soluatur expressè conuenit *b*.

a Hoc ius potissimum est & præcipuum quod in pignore habet creditor & à Icto in l. 8. ff. de distr. pign. l. 7. §. 1. de reb. eor. qui sub. tut. ab Imp. in l. 1. C. de pact. pign. in primis commendatur. Nec tantum creditori, sed & heredi eius datur l. si necessarias 8. §. de vendendo 4. ff. de pignor. act. *b* §. creditor Inst. quib. alien. lic. vel non l. cum soluenda 4. de distract. pignor. l. 4. cum seqq. l. 8. §. 3. & 4. de pign. act.

49. Ex lege verò cum aut nihil nominatim de venditione cautum est *a* aut etiam ne liceat vendere, conuenit *b*, qui-

bus tamen casibus bona fides vt adsit requiritur & debitori distractio ter & testatò si liceat, denunciatur *d.*

a ipsa vi enim pignori adheret venditio, nec separari ab eo potest, dum nomen retinet vt Imperator innuit in l. 1. C. de pact. pign.

b d. l. 4. & ibi Costal. l. 7. C. de distr. pign. Nam & hoc casu tandem licebit vendere, ne inutile sit pignus & sine effecta, quod ipse Ictus indicat in d. l. 4. & seq. Alias certum est: non in emtis tantum & venditis rebus, sed & in alijs omnibus, qua consensu contrahuntur, non tam quod dictum, quam quod actum est, sequendum esse. l. sed celsus §. 1. ff. de contr. emt. *c* hoc est, auctio praescribatur: quippe cum non nisi constituta & proscripata auctione pignora vendantur l. 4. C. de distr. pign. *d* d. l. 4. C. d. tit. vbi gl. & Dd. l. debitoribus 18. C. de admin. tut. l. fin. §. 1. C. de iur. domin. impetr. VVes. conf. 2. n. 25.

50. Ter autem denunciatum ita accipimus, si inter singulos denunciations aliquod interuallū intercedat, quod licet pleriq; vno definiant die *a* rectius tamen illud 10. dierum esse debere putamus *b*: Quid si non fuerit interposita de alienatione pactio, num nihilominus biennij meta expectabitur? Negat quidem Donellus *c* Nos verò à communi vix tutò recedi posse, ipsa Iustin. Constitutione persuasi, existimamus *d.*

a Accurs. Br. & alij in l. 4. ff. de pign. act. *b* arg. eius quod & alijs locis in iure nostro, vbi sine certa definitione temporis aliquid in exigenda pecunia vel debitore conueniendo statuitur, decem illud dierum spatium includi legimus. Vlp. in l. promissor 21. §. si sine ff. de const. pec. argt. l. cum peremptorium & l. seq. de iudic. *c* Don. c. 10. vbi rationibus exquisitis sententiae suae patrocinari cupit *d* quae extat in l. fin. §. 1. C. de iur. dom. impetr. quā non tam rationem impetrandi dominij pignoris, vt Don. putat, propositam esse, quam modum praescriptum, ex quo pignorum distractio procedere debeat, ipse Iustin. fatetur in §. contra Inst. quib. alien. lic. Stet igitur communis opinio: quod post legitimam denunciationem biennium, insuper expectare creditor teneatur, & tunc pignus vendere possit. Hanc sen-

sententiam sequuntur Schneid. & institutista communiter in d. §. contra. Ves. in par. de distr. pigno. n. 4, Negus. p. 6. m. 1. n. 2. Diff. Trentl. disp. hac th. 8. lit. C.

51. Nunc quod restat, de liberatione pignoris differendum est, soluitur autem pignus debiti solutione naturali *a* vel ficta *b* oblatione, consignatione & depositione debiti *c* voluntate creditoris expressa *d* vel tacita *e* rei interitu *f* sententia vel iureiurando *g*.

a l. 49. de solut. argt. pr. Inst. quib. mod. tollit. oblig. l. pen. C. de pign. act. l. 1. in pr. l. 6. de distr. pign. *b* ut si creditor donet debitum principale l. 1. §. 1. quib. mod. pign. solu. quod censetur facere si reddat cautionem l. 2. & ibi Dd. de pact. *c* l. 1. C. qui pot. in pign. l. 19. C. de usufr. l. 10. l. fin. C. de pign. act. l. 9. C. de solut.

d puta ut a pignore recedatur l. 5. pr. quib. mod. pign. solu.

e ut si venditioni pignoris consentiat l. 4. §. 1. l. 7. pr. l. 8. ff. quib. mod. pign. solu. *f* d. l. 8. in pr. intellige totali. argt. l. 21. de pign. act. l. 29. §. pen. & fin. l. 16. §. 2. hic Ves. in par. quib. mod. pign. solu.

g ut si iuratum vel indicatum sit, pignus obligatum non esse l. 5. §. fin. l. 13. d. tit.

52. Satisfactio etiam pro solutione est, & pignus liberat *a* fitq; creditori volenti, non etiam inuito *b*, ut pignoris nomine creditori satis fit, cum aut alia pignora, aut fideiussores pro hypotheca, quæ obligata est, dantur *c*.

a l. si rem alienam §. omnis de pign. act. l. solutionis d. V. S. l. quod vendidi 19. de contrah. emt. l. 4. §. 7. de re iud. l. promissor 21. §. 2. de constit. pecun. Satisfacere autem dicimus ei cuius desiderium implemus l. 1. qui satisda. cog. l. 5. §. satisd. de V. O. pignoribus & fideiussoribus datis, vel etiam ex promissore idoneo l. 4. §. ait prator, de dam. infect. l. 53. de cont. emt. *b* & in hoc differt satisfactio à solutione. Hac inuito & recusante creditore fit, sicuti & oblatio, modo post oblationem consignatio accedat & depositio per l. item §. qui paratus. ff. quibus mod. pign. solu.

Improbanda igitur Attilicini sententia, qui putabat si satisfidetur alicui, recedere eum à pignoribus debere etiam inuitum l. 6. in fin. ff.

quib. mod. pign. sol. Eodem modo nec fideiussorem datum creditor liberare, & alium idoneum suscipere cogitur l. 45. §. 2. ubi Gothofr. ff. mandat. c d. l. si rem §. omnis. Hac satisfactio qua pignoribus fit, & hypothecis, proprie satisfactio dicitur l. 1. qui satisfd. cogant. d. l. promissor. 21. §. constituto. de constit. pec. Unde constat latius patere vocabulum satisfaciendi quam satisfdandi, quippe cum hoc illo contineatur.

53. Pignore soluto oritur actio pignoraticia: eaq; directa, qua debito soluto a agit debitor b contra debitorem c ut rem sibi pignoratam restituat d vna cum fructibus e & damnum dolo culpaue datum refarciat f.

a l. 40. §. fin. de pign. act. l. 11. C. eod. Nota tamen casus, quibus & ante solutionem recte pignoraticia agitur l. 9. §. fin. in pr. versic. si operam ff. de pign. act. b etiam prado l. 9. §. 4. l. 22. §. 2. d. t. c sine legitima causa pignus retinentem §. fin. Inst. quib. mod. re cont. obligat. l. 11. §. 3. d. tit. d l. 40. §. fin. d. tit. l. 11. C. eod. e d. l. 9. in fin. d. l. 22. §. 2. l. 1. 2. 3. & ult. C. eod. f l. 14. 25. d. tit. l. 19. C. de pign. & hypoth. facit l. 23. de R. I. Sed distinguitur inter pignus autoritate magistratus constitutum, & conventionione contractum, in hoc de dolo & culpa tenetur l. 5. §. 2. commod. l. 14. d. t. in illo de dolo tantum l. 9. §. 5. de reb. aut. lud. partim quia velut ab invito accipitur: partim quia non adeo contumacia debitoris indulgendum, Bald. tr. de pign. c. ult.

54. Thesium numerum nobilis ac diu multumq; agitata claudat quaestio: An facultas luendi pignoris debitori competens, vlla temporis etiam longissimi praescriptione tolli possit? Quod nonnulli asserunt a. Nos vero contrarium, probatâ magis ratione, & iudicio camerae, amplectimur b.

a Negus. p. 5. m. 3. n. 52. & p. 6. m. 2. n. 19. Couar. 1. V. R. c. 9. n. 3. Scurff. cons. 47. n. 5. Accurs. in l. pignori. de vsuc.

b Per-

b Periniquum enim foret, si quod debitoris libero relictum est arbitrio prescriptione temporis eidem auferretur per l. via publica & ibi gl. Br. & Dd. communiter ff. de via public. Menoch. conf. 201. n. 61. & 97. Absurdum etiam si quod non suo, sed alieno nomine possidet creditor, & in quo & titulo iusto, & bona fide destituitur, l. nullo C. de rei vend. l. unic. C. de usuc. transform. c. fin. de prescript. c. possessor de R. I. in 6. VVesenb. in par. de usuc. n. 11. prescriptione sibi acquireret l. male igitur C. de prescript. 30. an: sibiq; possessionis causam ipse mutaret l. non solum §. quod vulgo de usuc. Itaq; & debito plus consequeretur, quod in prohibitionem legis commissoria incurreret l. fin. C. de pact. Geil. 2. obs. 18. n. 4. Dn. praeceptor Hackelm. in illustrib. quest. de pign. & hypoth. 15. Dn. praeceptor Virgilius Pingitzer in praelectionibus suis q. 6. contr. Conar. 1. var. resol. 9. n. 3. Prolixè etiam Dn. Borch. c. 6. n. 10. & seqq. de usur.

COROLLARIUM.

Intricata & in vtramq; partem vehementer agitata est quaestio illa: An mulier, ijs tantum, qui consimili iure nituntur, an alijs etiam expressam hypothecam anteriorem habentibus praeratur? Nos affirmantibus adstupulamur.

Fachin. 3. contr. iur. c. 99. Bronch. centur. 3. assert. 9. Quis enim earum non misereatur propter obsequia, quae maritis praestant, propter partus periculum, & ipsam liberorum procreationem, pro quibus multa nostris legibus inuenta sunt privilegia l. assiduis 12. C. qui pot. in pign. in l. in rebus. 30. de iur. dot. & Nou. 109. ubi Imp. generaliter loquitur, nec tantum de illis

cre-

*creditoribus qui tacita hypotheca nituntur, sed de omnibus
omnino disponere voluit &c. Vide etiam supr. th. 12. Diss. V.
apud Fachin. d. loco.*



ORNATISSIMO ET
DOCTISS. D. RESPONDENTI,
Collegæ & fratri, longè
suavis:



EST labor, est & laus, methodo clausisse
rotunda
Materiam, iuris quæ gravitate scatet:
Res ad contractus quâ publica cogitur uti,
Cuiq; suum tribui quo sine fraude queat.
Est de pignoribus tractatio commoda: seu quis
Creditor, aut pro re debitor esse velit.
Ergo Iane tuos conatus quisq; probabit;
Credet & officium Patria ritè tibi.

*M. Georgius Möringer Ratisbo-
nensis fac.*

F I N I S.

ULB Halle

3

003 913 791




56,

1017








B.I.G.

Farbkarte #13

12007

1601, 1

12



Disputatio
DE
**PIGNORIBVS
ET HYPOTHECIS.**

Quam
D. O. M.

Praeside

CLARISSIMO ET CONSULTISSIMO
VIRO Dr. IOHANNE BARTERO
I. V. D. & in inchyta Iulia professore publico, pub-
licè discutiendam pro-
ponit

IOHANNES ROTERBERGIUS Mun-
derensis Saxo.

*Habebitur disputatio mense Septembri, in
auditorio maiori.*

HELMAESTADII,
Typis Iacobi Lucij. Anno

M. D. CI.